

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 36

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 35.

impulsiua, sicut si finalis. Item si quis herede  
dem institueret Titium, credens esse filium suum  
qui tamen non est, institutio foret inutilis,  
sive hereditas auferenda, et ab intestato venien-  
tibus applicanda foret, l. 4. C. de hered. inst.

L. 7. Circa ultimum huius tituli membrum de  
quid sit modus, et quomodo distinguatur à causa  
Q. modus futuri tempus respicit, et habet  
rationem finis, soletque exprimi per <sup>particulas</sup> ~~has~~ <sup>verba</sup>  
ut, ea lege, dummodo ~~Cita~~ tamen, v. g. lego Ti-  
tio vineam ea lege ut ea non alienet; lego  
Mario sacerdoti 100 flor., ut pro salu-  
te animae meae tot missas legat. Ex quo  
habetur, quomodo differat à causa; haec enim  
respicit praeteritum, et plerumque magis impul-  
siua est, quam finalis. v. g. lego Titio 100  
floren., quia fidelis mihi semper exhibitus.

Tit. 2.

Ad legem falcidiam.

Hunc titulum prosecuti sumus in institutio-  
nibus l. 2. §. 22.

Titul. 3. huius

Sicut plus, quam per legem falcidiam, licent legatum  
Pertinet iste titulus ad praeteritum cuius dilucida-  
tio in inst. ibid. iam data est.

Lib. 36.

Tit.  
Liber 36.

Tit. 1.

Ad Senatusconsultum Trebellianum  
et pegasianum

De hoc titulo tractavimus in inst. l.  
2. §. 23.

Tit 2.  
Quando dies legatorum vel fideicomissorum cedat.

Lib. 36. 105

Hic titulus valde affinis est titulo tertio in lib. 4. qui inscribitur, quando dies usus fructus legati cedat. differt tamen quod ibi de servitutibus personalibus; hic vero de rebus legatis agatur.

Q. 1. ~~quando~~ quando cedat dies legatorum, vel fideicomissorum? R. ex die mortis, si pure quid sit relictum, l. 5. §. 1. ff. h. atque adeo etiam ante aditam hereditatem, quod fecit in faciem legati servitutem personalem. quod si legatum sub conditione possibili sit relictum, expectandus est eventus conditionis, d. l. 5. §. 2.

Si vero ad certum diem <sup>vel</sup> sub conditione impossibili, quid sit legatum, cedit à die mortis d. l. 1. §. 1. et 4. At relictum in annos singulos, cedit singulis annis, l. 13. §. 1. ff. h.

Q. 2. Quid in die plane incerto statuendum? R. est idem, ac si conditionale legatum esset, quia dies incertus conditionem facit, l. 45. ff. de condit. et demonstr.

Q. 3. Quis sit usus huius rei? R. si dies legati cesserit, transmittitur ad heredem, seu si non cesserit.

Tit 3.

Ut legatorum seu fideicomissorum servandam causa caveatur.

Q. 1. Quid si propter

Finis huius cautionis est, ut ipsa legata non

Lib. 36.

facile suis desituantur effectibus; hinc si testator alicui mille aureos sub conditione legaret, postea post testatoris obitu evenire, et pendentem pendente conditione, vel ante diei existentiam heres non solvendo foret, vel species legata heredis culpa periret, et cum pro tunc legataris legatum praestare postea, interim ei praetor cautionis executionem concedit, l. 1. ff. l.

Q. 1. Quibus debeat satisfieri? Q. Legataris sive eorum fideicommissariis, et eorum successoribus l. 1. §. 3. ff. h. quin etiam si duo contendant de re legata, utrius satisfactio fiet, l. 16. ff. h.

Q. 2. Sit ne haec cautio praestanda per fideiussorem? Q. omnino, quia satisfactio desideratur, at ubi haec desideratur ibi fideiussores sunt dandi, per l. 7. ff. de praetor. stipul.

Q. 3. Quis nam hanc satisfactionem seu cautionem praestare debeat? Q. heres sive ex testamento, sive ab intestato, l. 1. §. 1. ff. h. item, qui mediante aliis personis hereditatem acquirunt ut sunt prolati nomine suorum professorum &c.

Q. 4. Cessat ne aliquando haec satisfactio? Q. Cessat primo, si testator eam prohibuerit, ita quidem ut, et si facta sit, condici possit, l. 1. ff. ut in possess. legatorum. 2<sup>do</sup> si legatum vel fideicommissum non subsistat, ~~l. 17. ff. §. ult. ff. h.~~ <sup>ut per se notum est</sup>

Tit 24.

Ut in possessione legatorum, vel fideicommissorum servandorum causa esse liceat.

Lib. 36.  
186

Q. 1. Quid si heres non praestiterit cautionem?

A. Mittitur Legatarius in possessionem rerum hereditarium, l. 13. ff. l. 3. C. l. olim quidem in omnium d. l. 13; sed hodie secundum quantitatem legati, arg. Novell. 53. c. 4. § 1. Et si heres post sex menses deficiat, fiet missio in res heredis proprias, non quidem, ut Legatarius pro Domino esse incipiat, sed solum ut custodia vel jus pignoris habeat, et die adveniente Legatum auctoritate iudicis consequatur l. 5. c. 6. C. l.

Q. 2. Quid circa fructus statuerendum, etiam illos cogat Legatarius in possessionem missus, et servabit, vel vendet, prout est traditum in l. 5. §. 22. ff. l.

Q. 3. Quid si heres interim aliquas res venderet? R. non oberit id Legatario; quia defendatur à praetore, cujus dispositione, res heredis iam ipsi Legatario sunt assignatae.

Lib. 37.

Liber 37.

Hic liber quia obsoletus plerumq. omittitur.

Liber 38.

Lib. 38.

In hoc libro merito à nobis omittuntur sequentes tituli. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. et 12. 13. 14. 15. et 17. cum hodie in germania nec libertos, nec servos habeant, nisi in confinibus Turciae habeant, quoties à Turcis captivos quosdam vi belli consequimur.